

Wolfenbüttel, HAB, 220.1 Extrav., fol. 68v-69v

De loci Goslariensis fundatione

Locum Goslariensem Henricus imperator frequenter adire venandi gratia consuevit, nam nemorosus²⁹ erat et ursorum, cervorum caprearumque venatu insignis. Erat eo-
dem³⁰ tempore in loco eodem homo pauper agrestem vitam du-
cens vocabulo Hundelcarl par-
vum³¹ ibi tantum habens tugurium, quo rex post venationem venire solebat, cui idem spe maioris mercedis focum parare³², mensam preparare, cibos coquere ipso-
sque³³ pre-
paratos mense regis a venatu ve-
nientis consuevit inferre. Nam etiam reges in tali negotio servitia servulorum seu rusticorum non repudiant. Quod dum crebrius ille fecisset atque suam substanciolum expendisset, regem, ut servitii³⁵ sui memor esset, admonuit sibi quicquid, quo inopem vitam tueretur, concederet, quod tamen regie magnificentie conveniret. Tunc rex „Cum opportunum“, inquit, „fuerit,

Annalista Saxo ad a. 1009

Sub eodem Henrico civitas Goslaria hoc modo fertur fundata fuisse. Locum hunc Henricus II^{us} frequentare venatus gratia consuevit, nam nemorosus erat et ursorum, cervorum caprearumque venatu insignis. Erat in eodem loco homo pauper vite agrestis nomine Gundelcarl, cuius tugurium rex post venationem intrare solebat, cui idem spe maioris mercedis focum et mensam preparare, cibos coquere et ei post laborem solebat offerre. Nam et reges in tali³⁴ negotio servitia servulorum vel rusticorum non repudiant. Quod cum sepe faciens substanciolum suam expendisset, regem, ut servitii sui memor esset, admonuit sibi quicquid, quo inopem vitam tueretur, concederet, quod tamen regie magnificentie conveniret. Tunc rex „Cum opportunum“, inquit, „fuerit, servi-

29) memorosus *Hs.*

30) eodem tempore] eo tempore *Dietrich Engelbus, Chronik (wie Anm. 10) S. 1073.*

31) parvum – habens] so auch die *Annalium s. Aegidii Brunsvicensium excerpta (wie Anm. 8) ad a. 1016, S. 10 Z. 2;* parvum tugurium *Dietrich Engelbus, Chronik (wie Anm. 10) S. 1073.*

32) so auch die *Annalium s. Aegidii Brunsvicensium excerpta (wie Anm. 8) ad a. 1016, S. 10 Z. 3;* praeparare *Dietrich Engelbus, Chronik (wie Anm. 10) S. 1073.*

33) ipsoque – venientis] ipsoque mensae regis a venatu venientis *Dietrich Engelbus, Chronik (wie Anm. 10) S. 1073.*

34) In der Edition steht versehentlich talia.

35) servitu *Hs.*